



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/301711>

42

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

P E T R I H A R T I N G,

MED. ET ART. OBST. DOCT. ET MATH. ET PHIL. NAT. PRUE. ORD.

NEO NON

A M P L I S S I M I SENATUS ACADEMICI C O N S E N S U

E T

N O B I L I S S I M A E F A C U L T A T I S J U R I D I C A E D E C R E T O ,

P r o S t r a d u D o c t o r a t u s

S U M M I S Q U E I N

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

I N A C A D E M I A R H E N O - T R A J E C T I N A ,

R I F E E V L E G I T I M E C O N S E Q U E N D I S ,

E R U D I T O R U M E X A M I N I S U B M I T T I T

C A R O L U S C Y P R I A N U S G E R A R D U S D E P E S T E R S ,

R h e n o - T r a j e c t i n u s .

A. D. IX M. MARTII, ANNI MDCCCLIX, HORA II.

T R A J E C T I A D R H E N U M ,

A P U D J. G. B R O E S E .

M D C C C L I X

Ex officina Typographia GIESEN & DUMONT.

THESES.

I.

Universorum bonorum socii filia, cui a patre dos promissa est, heres eius relictta, recte actione pro socio de dote agere potest.

II.

Pactum debitoris de non vendendo pignori adjec-tum jure Romano vim habere defendo.

III.

Ex Senatus-consulto Divi Marci pignus tacitum non habet ille, qui pecuniam dedit ad reficiendas, sed quidem qui ad restaurandas aedes dedit.

IV.

Nulla est antinomia inter L. 4 D. de Auct. et Cons. Tut. et L. 49 D. de Acq. vel Omitt. Hered.

V.

Probatio consuetudinis incumbit ei, qui eam invocat vel exstare contendit.

VI.

Praesumtio de lege cognita contrariam admittit probationem.

VII.

Peregrinorum jura, quae ad eorum statum et capacitatem pertinent, in nostro solo degentium, secundum ipsorum patrias sunt judicanda.

VIII.

Servus qui in Neerlandiam cum domino suo venit
adeoque liber factus est, in coloniam redux, eo ipso
in servitutem redactus haberi non potest.

IX.

Jus renuntiandi communioni lucri et damni uxori
competere jure nostro negamus.

X.

Carceris civilis remedium non competit in heredes
debitoris ex litteris cambialibus.

XI.

Consulatum Maris Jure Olorontico esse posteriorem
non credimus.

XII.

Justa Cognoscimenti translatione, merces in eo
memoratae traduntur.

XIII.

In art. 80 Cod. Mercat. Neerl. commissionario, ad quem committens peregrinus merces vendendi causa misit, jus pignoris datum est.

XIV.

Laudandus est legislator noster, qui ad impetrandas litteras respirationis, non tantum publicas sed etiam privatas calamitates admiserit.

XV.

Codices nostros militares vim legis habere, negamus.

XVI.

Gratia praemature indulta, inefficax est.

XVII.

Melius in rebus poenalibus ipsa nostra lege cautionis dandae facultas reo tributa fuisse.

XVIII.

Art. 129 al. 3 Leg. Fund. Neerl. requisita legislatoris Sanctio tributorum provincialium minus probanda mihi videtur.

XIX.

Optandum suisset leges non Regis sed eius Administrorum nomine rogari inque conventum Delegatorum Populi deduci.

XX.

Bevolking wordt niet beperkt door oorlog, hongersnood en ziekte, maar door de middelen van bestaan.

XXI.

Liefdadigheid alleen is geen geneesmiddel tegen armoede.



190048
A 185266 s

190048 A 185266 s

190048 A 185266 s

190048 A 185266 s

190048 A 185266 s







